

se proximè ad illam destinatum fuisse, ita Scoto 1. de natura, & gratia cap. 15. Neque hæc ratio satisfacit, quia in primis non probat pueros ignorare se esse privatos beatitudine supernaturali ob peccatum primi parentis; Tùm quia tristitia eis etiam potest de carentia illius boni, cuius remore tantum fuit capax; undè videmus homines sæpe invadere alium felicitatis, dignitatis, imperio; & frequenter dolere, quod talem fortunam non habuerint, estò cognoscant ad tales honores proximam capacitatem habuisse nonquam. Tùm tandem, quia multi etiam eam proximam capacitatem habere, qui nimirum vel ex sola parentum nequitia, vel crassa aliorum negligentia baptismò abluì non poterunt, & talem proximam capacitatem habuisse cognoscunt, quapropter in iudicio aderunt ut à Deo vindictam exquirant de illis, qui damnationis eorum causa fuerit, ut ait Sibilla *quest. 6.* hoc autem ipsum solet esse maxima doloris occasio, quando quis videt se ob solam alterius negligentiam, vel nequitiam à maximo aliquo bono cecidisse, cui vicinus valde fuerat.

176 Itaque probabilior ratio est, quam Scotus adducit, infantes non triftitaros de amissione celestis gloriæ, quia erunt contenti de statu suo, scientes Deum de se ita disposuisse, nec suo actu id aliquando demeruisse. Neque obstat infantia Turriani *disp. 6. dub. 2.* quod id solium esse à Deo ita dispositum non avertit obiectum triftitiam. Quamvis enim absolute loquendo id verum sit, non enim triftitiam de morte amicorum, & amissione bonorum esse scilicet ita esse à Deo dispositum; attamen de infantibus id afferi nequit, quia Doctor supponit eos futuros esse impeccabiles ex probatione tertie conclusionis, divina providentia eos conservante, ac impediente, ne triftentur, alioquin de

stato suo contenti non essent, ac aliquam inordinatam voluntatem habere possent. Nec etiam obstat infantia Salas dicentis id esse fingere miracula sine necessitate sufficeret dicere hoc esse debitum illi statui, ne ponantur pœna sensus, neque id mirum esse debet, quia sicut ceteræ causæ naturales tunc non agent secundum consuetum naturæ ordinem, sed juxta præscripta à Deo leges; undè corpora eorum post iudicium ledi non poterunt à naturalibus causis, nec potu, nec cibo indigent; sic notitia, & apprehensio obiecti triftibilis, quæ nunquam solet triftitiam parere, tunc nullam inducit, divinitus impedita; quoniam ad Dei providentiam spectat, ut non ponantur pœna sensus, qui propriis actibus non peccaverant.

Potest etiam responderi cum D. Bonav. *disp. 33. art. 3. quest. 17.* Infantes non habituros triftitiam, quia habent causas solatii, quæ eam impediunt v. g. quod non peccaverint peccato actionis ex una parte, & quod non patiantur pœnam ignis, ut damnati in inferno, ex alia; pro quo, rationem satis idoneam affert sanctus Doctor, quia nimirum infantes constituti sunt à Deo in statu quodam medio inter Beatos, & damnatos, quare opus fuit, ut ex una parte beatitudine carerent, sicut damnati, & ex altera nullum haberent dolorem, sicut Beati; Ex quo fit, ut licet agnoscat se carere beatitudine, ad quam fuerat ordinatus, & ex hac parte magnam habere triftitiam, occasione sui, quia tamen simul agnoscat se evasisse gravissimas inferni pœnas, & peccata mortalia, ita quæ in æquilibrio sunt constituti, ut non doleant de ea amissione beatitudinis, sed potius gaudeant de pœnarum inferni evasione. Quam rationem ceteris probabiliorum exlimat Arriaga *disp. 42. cit. sect. 3.* & à nonnullis infantibus eam tuncit *sect. 4.*

# DISPUTATIO QUINTA DE ACTIBUS HUMANIS.

## QUESTIO PRIMA.

Quid sit moralitas in actibus humanis.



**H**æc materia est utilior est, quo immediatè ad regulandos mores dirigitur, subministrat enim nobis universalia principia totius humanæ vitæ moraliter traducenda, quibus, & nostras possimus, & aliorum dirigere conscientias; Actus autem humanus in prædicti idem sonat, quod actus moralis, quia actus humanus apud Morales non sonat idem, quod actus hominis, sed ab homine quomodocumque elicitus; sed actus liberè, & deliberatè ab homine elicitus, ut D. Thomas *par. 2. q. 1. art. 1. dicens*, quod actio, quæ ab homine elicuntur, illæ solæ proprie dicuntur humanæ, quæ sunt propriæ hominis, inquantum est homo; differt autem homo ab aliis irrationalibus creaturis in hoc, quod est suorum actuum Dominus; undè illæ solæ actiones vocantur propriæ humanæ, quarum homo est Dominus; est autem homo Dominus suorum actuum per rationem, & voluntatem; undè & liberum arbitrium dicitur facultas voluntatis, & rationis; illæ ergo actiones propriæ humanæ dicuntur, quæ ex voluntate deliberatè procedunt; sit autem aliæ actiones, homini convenient, possunt quidem dici hominis actiones, sed non propriæ humanæ, cum non sint hominis in quantum est homo; ita S. Doctor, & consonat Scotus *disp. 6. q. 5. infra B.* ubi ait illum actum esse propriè humanum, qui causatur ab homine per intellectum, voluntatem, & 2. *disp. 3. infra C.* qui non fit ex sola imaginatione, sed ex libero quoque arbitrio ad quod pertinet intellectus, & voluntas, estò dicitur formidè, ex *quol. 18. F.*

Alitqui distinguunt libertatem in physicam, & moralem, ut Victoria relectione de pueris ad usum rationis veniente, Molin. *par. 1. q. 14. art. 13. disp. 2.* Valquez *par. 2. disp. 4. in calce.* Cavell. *de anima disp. 3. sect. 14.* Zumel *tom. 2. variarum disp. sect. 6.* moralem illam vocant, quæ in operatè præsupponit cognitionem boni, vel mali moralis, id est, virtutis, & virti, honestatis, & turpitudinis morum, ratione cuius optimè norant homines discernere inter bonum honestum, ac proinde eorum actus liberè, secundum quod ad hæc regulam morum accedant, vel recedant, dicuntur impurabiles, dignique laude, vel vituperio, taleque actus liberi continentur semper sunt, cum sufficienti deliberatione ad peccandum requisita. Naturalem verò, seu physicam illam dicunt, quæ in operatè præsupponit tantum co-

gnitionem commodi, vel incommodi naturalis, ratione cuius bene fiat, quod aliquis habeat cognitionem, quæ iudicat aliquid esse bonum in ordine ad naturam, & delectationem: & tamen, quod discernere nequeat, an sit conveniens, vel disconveniens, in ordine ad honestatem; consequenter, quod eius actio imputari nequeat ad laudem, vel vituperium saltem in genere moris: quod ad id propter aliquos, qui volunt huiusmodi actus esse modo quodam imitativo imputabiles in genere naturæ. Et quidem secundum præfatos Auctores, in pueris hæc libertas prævenit illam, constat enim quod liberè circa cibum, vestem, & alia huiusmodi operantur, antequam scient conformitatem, & difformitatem actionum ad rationem, & legem: licet enim careant perfectò iudicio rationis ad honestatem, vel pravitatem morum requirito, habent tamen aliquem discernendum, & iudicium de obiecto sibi conveniente sub aliqua inferiori ratione, ut est ratio delectabilis, vel ratio convenientis, & disconvenientis animalis naturæ, & de mediis ad illud consequendum. Hinc admittit huiusmodi libertatis distinctione dicitur ad hoc, ut actus dicatur humanus, non sufficere quamcumque libertatem sed eam requiri, quæ ex se sufficiens sit ad laudem, vel vituperium fundandum: unde si in pueris, & amentibus aliqua datur libertas, eam dicunt non sufficere, ut actum humanum constituat, sed moralem, ut de actibus humanis hic est sermo.

Ex quo tandem colligitur duo requiri ad actum humanum, vel moralem, nempe quod sit liberè; deliberatus, hoc est, quod liberè procedat à voluntate ex delectu operante, & deliberatè ab intellectu, id est, ex debita consideratione, & attentione rationis circa finem, ejusdemque deliberatione, & consultatione circa media, quantum sufficit ad exercitium libertatis: solum enim huiusmodi actus sunt regulabiles per regulas morum, & possunt esse boni, vel mali, ac habere proprietates actuum moralium, scilicet, esse meritorios, vel demeritorios, dignos laude, vel vituperio: undè sequitur motus, qui primi primi dicuntur, nullo modo esse morales: motus non sunt liberi saltem moraliter, nec actiones humane: motus verò secundò primi, cum sint aliquo modo liberi, & actiones humane, possunt dici morales, quatenus esse possunt aliquo modo conformes, vel difformes regulis morum, & per consequens boni, vel mali, saltem quoad militiam venientem. Neque opus est ad moralitatem actus, quod sit liberè libertate quoad specificationem, sed sufficit, ut sit liberè libertate exercitii, quia sola libertas contradictionis sufficit, ut actus cadat sub regulis morum, & plene dicatur esse sub dominio agentis. Cum igitur actus moralis in præsentia uteretur pro actu libero, & ordo

ex cognitione boni, & mali moraliter, seu boni, & mali juxta Dicitamen rationis; sequitur ex primo capite omnes actus brutorum, amorem Dei erga se, & Beatorum erga Deum in patria, & motus primo primos in homine à ratione actus moralis excludit; & ex secundo capite alios omnes excludit, qui sunt nullo modo attentæ bonitatis, & malitiae morali, etiam si sint liberi ob considerationem bonitatis, & malitiae delectabilis, aut novitæ physice loquendo. Hoc prænotat pro notitia tituli Disputationis, & questionis.

Restat modo videre exactius, quid importet moralitas, seu esse morale in actibus humanis; quia in tres lunt sententiæ; Prima affirmat moralitatem significare solam regulabilitatem, & directionem actus à recta ratione, præscindendo à libertate, ita Valætia cum quibusdam Thomistis significasse videtur *disp. 2. q. 13. punct. 1.* Altera sententia affirmat moralitatem esse solam actus humani libertatem, ut Salas Durandus 2. *disp. 28. q. 1. art. 1.* & plures ex Recentioribus, ut ita *tract. 7. disp. 1. sect. 1.* & 2. Suarez *tract. de bonitate, & malitia, sect. 2.* Ovidius *tract. 4. contra ver. 1. punct. 1.* Avertit q. 10. *sect. 5.* & alii, declarantes id esse intelligendum præsertim de libertate morali, & non physica duntaxat. Tertia tandem vera, & communior sententia docet moralitatem actus humani formaliter importare directionem, seu dirigibilitatem actus liberi à ratione consensiente, & precipiente, prohibente vel permitte; itam formaliter significat directionem, vel dirigibilitatem, connotat verò libertatem, seu includit in obliquo, tanquam fundamentum totius generis moris, vel tanquam rationem, aut conditionem fundandi. Ità Scotus locis præ allegatis, & 2. *disp. 33. lit. O.* ubi docet actum bonum cum deliberatione fieri debere, & à directione deliberationis di. ci humanum, & imputabilem: & Divus Bon. 2. *disp. 41. art. 1. q. 2.* ubi docet actum esse moralem, quia est in potestate voluntatis prævia cognitione, quæ sit regulabilis; Recentiores passim in p. 2. Curiel, Salmaticenses, Cornex, Montescinos, Lezana, Morandus, Hacquet, Serra, Coninch, & alii passim: qui in eo solum discrepant, quod aliqui contendunt moralitatem intrinsecè, & in recto utramque illam habitudinem importare in actu humano, scilicet, ad voluntatem liberè operantem, & ad rationem cognoscentem bonitatem, & malitiam moralem, ut Zumel *par. 1. q. 1. art. 13.* & Coninch. *tract. de actibus supernaturalibus disp. 1. art. 2. n. 10.* alii verò volunt, quod solam habitudinem ad rationem dirigentem includat in recto libertatem verò tantum in obliquo, & pro connotato, ut fundamentum moralitatis,

### ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Questionis.

**D**icendum est moralitatem in actu humano, nec solam directionem, aut dirigibilitatem à recta ratione importare, aut solam ejus libertatem: sed utramque simul, primam quidem in recto, & formaliter, alteram verò in obliquo tantum, & fundamentaliter, seu pro connotato. In hac conclusione nondum conveniunt Auctores omnes tertie sententiæ, sed etiam existimant convenire auctores secundæ; quamvis enim illi dicant moralitatem in sola libertate consistere, declarant tamen id esse intelligendum, non de quacumque libertate, sed de morali, quam dicunt consistere in respectu, quem dicit actus humanus ad causam liberam à ratione directam, vel dirigibilem in materia morali, undè respicit illi Auctores requirunt in actione morali quicquid contendit nostra conclusio, estò discrepare videantur in assignanda formaliter moralitatis supra libertatem; quia de causa Arriaga *disp. 1. q. 1. sect. 1.* ab initio dixit hanc questionem, an sola libertas sit moralis actus, esse de sola voce; dato enim quod libertas circa delectabilitatem physicam non sufficiat, ut actus dicatur moralis: dicendum erit solam libertatem non constituere moralitatem; quod si dicatur libertatem circè bonum, & malum eam moralitatem constituere, eo ipso dicitur, & libertatem, & cognitionem bonitatis, ac malitiae moralis esse necessarium; nihilominus nec recedat à recto loquendo modo in hac materia, tenenda est assertio posita, & quoad singulas partes est probanda. & Primo quidem, quod moralitas non significet solam dirigibilitatem, aut directionem à recta ratione præscindendo à libertate, probatur, quia amor incertus, quo Deus seipsum amat necessarius, non est in genere moris, non est imputabilis, non dignus præmio, & laude; & tamen regulatur à cognitione divina, quæ est practica præsertim in Adversariorum sententia, & regula actuum voluntatis ad intra: Quod si id a Scotis negaretur eam cognitionem statueretur speculativam, saltem amor Dei in Beatis est conformis rectæ rationis practice precipientis, & dirigentis, & tamen quæ est necessarius, nec respectu ejus libertatem habent saltem proximam, & expeditam, non est laudabilis, nec præmio dignus, ergo moralitas non est sola habitudo actus ad rationem practice dirigentem sine libertate, &

Secundò, quod moralitas in sola libertate non consistat: probant Lezana, Hacquetus, Morandus, & alii, quia potest dari actus liberè elicitus, quem nulla lex dicit esse faciendum, vel non faciendum, atque adeò liber, & non moralis, ut de actibus indifferentibus dicitur; ergo moralitas non est formaliter, & adequatè idem cum libertate. Hæc tamen ratio fallit à simit, quod actus indifferentes liberè eliciti, & cum advertentia, nequeant dici morales; quamvis enim ex ea parte, quod nec boni, nec mali sunt, videantur esse extrinsecus morales, quatenus tamen procedunt ex præfata cognitione obiecti, & ponderatione ipsius malitiae, & bonitatis, agnovit enim intellectus clarè ea objecta non esse bona, aut mala moraliter, possunt dici morales ad distinctionem eorum, qui non vincibiliter in consideratione bonitatis, & malitiae morali fuerint, liberè tamen, sola attentæ delectabilitate physica, ut saepe contingit in pueris ante perfectum usum rationis; quod optimè notant Arriaga, & Ovidius loco citato. Deinde probant, quia genus moris est aliquid superadditum generi naturæ illudque præsupponens; ergo est aliquid à libertate distinctum; probatur assumptum, quia libertas pertinet ad ordinem naturæ, homo enim, aut Angelus, & præcisè in ordine naturæ stando, eo ipso quod sunt creaturæ rationales ab irrationalibus distinctæ, habent libertatem, antequam adveniat genus moris, scilicet, lex, præceptum, & prohibitio. Confirmatur, quia ut dicitur est, in pueris, & amentibus est aliqua libertas, in quibus tamen nulla est moralitas, aut imputabilitas, quia suos actus non regulant iuxta regulas virtutis, & virti. Sed hæc quoque rationem facile solvent Adversarii dicentes concludere solum de libertate physica, non de morali. Melius ergo arguitur id ipsum probando etiam de libertate morali nam potest variari moralitas in actu invariata libertate morali: ergo moralitas non consistit in sola libertate, nec est idem formaliter adæquatè cum ea; consequentia patet; probatur assumptum exemplo familiaritatis de comestione carnis ante mediam noctem ferè quinquè, & post illam, prius enim non erat mala, & poterat esse bona, postea verò est mala, si comestio perleveret, & cum eadem libertate. Neque dicas in tali casu libertatem quoque variari; Quia actum liberum esse, aliud non est formaliter nisi esse à voluntate cum potentia ad oppositum, quo eodem omnino modo haberetur in comestione carnis in casu posito ante, & post mediam noctem, habita notitia prohibitionis. Tùm quia etiam in unico actu possunt inveniri moralitates plures specie diversæ cum unica simplici libertate; nam in actu elemosinæ datur propter Deum duplex bonitas invenitur, scilicet, misericordiae, & charitatis; & in fornicatione in loco sacro sunt due malitiae speciei diversæ, scilicet, luxuria, & sacrilegii, & tamen in unoquoque horum actuum una tantum invenitur libertas. Respondet Ovidius libertatem ad actum plures malitias, vel bonitates habentem, estò in se sit simplex, virtute esse multiplicem, quia ex vi illius obijciuntur intellectui plures malitiae, vel bonitates speciei diversæ, ad quas omnes voluntas libera constituitur.



unde inquit Arist. in his, quae nobis insunt a natura, neque nos laudem mereri, neque vituperari, quare D. Thom. p. 2. q. 1. 8. c. bonitatem in operatione non libera reprobam ait esse simpliciter rectitudinem, qualis etiam in actionibus brutorum reperitur nec laudabilem, nec vituperabilem: Confirmatur ex descriptione mortis a Scoto tradita 4. disp. 14. q. 3. in. F. actus dicitur moralis a consuetudine, sive ex more, quatenus per eos affluiscimus, sic, vel sic operari posse affluere tantum nobis convenit secundum actus liberos, non vero naturales: unde lapis ex repetito deorum casu ad descendendum deorum habitum non contrahit; ergo &c.

8. Demum proprium regulae moralis munus est imponere modum potentiae operanti ipsam determinando ad unum, quod ratio dicitur; unde potentia sic regulata supponitur indifferens ad sic, vel sic operari: sed actus omnino necessarius nullam habet indifferenciam, neque ulterioris determinationis est capax, cum sit ad unum ex se totaliter determinatus, ergo sub morali regula cadere nequit. Dices, libertatem requiri ad meritum, non autem ad bonum, vel malum morale, nam in actu charitatis in patria bonitas moralis reperitur, licet non meritum. Contra, quia licet videatur in eo manere aliqua bonitas, & talis natura, quae faciat hominem sanctum, quatenus, est amicitia Deus tamen non est dicenda bonitas moralis, de qua nunc agimus; talis enim esse debet causa meriti, & laudis, ut probat Vazq. disp. 5. c. 3. & 4. unde si in actu charitatis in patria meritum non reperitur, neque etiam erit in eo bonitas moralis proprie dicta, sed potius erit rectitudo quadam naturalis, ut D. Thomas dicebat. Tum quia, ut notat Scotus 49. disp. 4. q. 6. R. quamvis Beati in patria in ordine ad eum fructuosum expeditum libertatis usum non obtineant, quem libertatem proximam appellant; adhuc tamen retinent intrinsecam libertatis potentiam, quae dicitur libertas remota; atque ideo servata proportione concedi potest, quod eodem modo reperitur in eo actu aliqua moralis bonitas tali libertati correspondens.

Quarto, ut autem supra dicebamus, ad moralitatem per se non requiritur libertas contrarietatis, vel quoad specificationem, sed sufficit libertas contradictionis, & quoad exercitium actus; illa enim libertas ad actum morale sufficit, quae facti est, ut sit plene sub agentis dominio, & ut cadat sub regulis morum sed ad hoc sufficit sola exercitium libertatis; ergo &c. major patet, quia eo ipso imputari potest operanti ad meritum, vel demeritum, laudem, vel vituperium, quae sunt moralitatis proprietates; probatur minor, quia per talem solum libertatem potest homo de suo actu ad libitum disponere illum illiciendo, continuando, vel non continuando; & eo ipso potest etiam ratio, vel lex de ipso disponere, ipsumque excoepere, vel prohibere. Sed Dubium est, an haec libertas ad actum morale requisita debeat esse actualis, per quam, scilicet, actus re ipsa cadat, & actualiter sub agentis dominio sufficit, quod sit potentialis, ita ut est non actualiter cadat, poterit tamen cadere. Et quidem Lorca cum quibusdam aliis potentiam sufficere putat; quia ratione dicitur homicidium, vel incestum ab ebris facta esse actus morales, cuius figurum est, quod si aliquis complacet de illis, talis complacentia moralis erit, & peccaminosa; & tamen illa non fuerunt actus libera propter ebrietatem, sed solum in potentia, quatenus poterat agens non esse ebrius, & habere usum rationis: Confirmatur, quia si quis carnaliter copulat duos amantes masculinum, & feminam extra matrimonium peccat utique non vero si complacet duo peccato; ergo prima copula peccaminosa fuit, cum tamen non fuerit actualiter libera ab amentium agentium, sed solum potentialiter. Denique qui propter ebrietatem factum committit in die festo, non solum peccat, quando se inebriavit, sed etiam quando erat in ipsa ebrietate, quia tunc currit praecipuum, & tamen eo tempore non est ea omisso actu libera: ergo ad actum morale sufficit libertas potentialis.

9. Oppositum tamen tenent communiter, alioquin motus primo primi, & motus ipsi sensuualitatis rationem prevenientes deberent dici morales, quia effo actu liber non fiunt, fieri tamen libere possent; ratio a priori est, quia actus solum in potentia liberi non sunt proxime per regulas morum dirigibiles, nec per consequens actu imputabiles ad meritum, vel demeritum: ergo neque dici debent actu morales. Neque rationes in oppositum convincunt; concedo equidem complacentiam de homicidio, vel incestu in ebrietate factis esse actum morale, & peccaminosum; non tamen, quia homicidium, & incestus in eo casu moralitatem aliquam habeant formalem, sed quia habent malitiam objectivam, quia ratione etiam actus malus esset complacere de homicidio inimici factis a bruto, quod utique dici nequit habere malitiam aliquam formalem, sed praecise objectivam; sic pariter dicendum de copula duorum amentium, quod est peccaminosa objectivè solum, non vero formaliter; neutro autem modo mala est copula brutorum; Ad illud de amissione sacri in ebrietate: nego in eo casu esse proprie in se peccatum cum potius sit peccatum in causa: nam universaliter loquendo eventus mali ex libera positione causae secuti, deinde non impedibiles, non

sunt in seipsis immediate proprie mala, & peccata moraliter, sed potius effectus, & sequela peccatorum; & secundum quod homo exponitur periculo violandi hoc, vel illud praecipuum, peccat hoc, vel illo peccato; quia licet praecipuum tunc non obliget ad exercendum actum obligat tamen ad non ponendum impedimentum exercendi illum pro tempore debito, quod praecipuum non occidendi, nedam homicidium, sed etiam probabilem homicidium causam prohibet, ut latius disp. seq. Quod si contenderet omissionem etiam tunc temporis esse peccatum, quia tunc temporis praecise currit praecipuum iudicium factum, & non antea; dicendum est omissionem tunc etiam esse liberam, & non quidem secundum se, sed ut subordinetur suae causae, scilicet, ebrietati in qua fuit praevia, & vultu saltem indirecte, & ita erit actu libera libertate ab ipsa participata, vel saltem dici debet libera virtualiter in sua causa, quod adhaec aliquid plus importat, quod esse liberam solum potentialiter.

Quinto probatur deinde moralitatem formaliter inspectam importare in actu libero habitudinem eius ad regulam morum sic, vel sic proponentem obiectum, & regulam in actu circa illud, ita enim significat Doctor 1. disp. 17. q. 9. 2. P. ubi de bonitate morali formaliter loquens ait; esse convenientiam actus ad rectam rationem, quae posita actus est bonus nam si aliquis, inquit Scotus, eligat operari, quod est de bonum, non quia ut tale iudicatum a ratione, sed ob alia motiva merè naturalia: non erit actus bonus in esse moris; unde quanto expressius, & formaliter movetur voluntas ad operandum intuitu regulae rationis tanto perfectius constituitur actus in genere moris: quod si nullo modo vellet operari intuitu regulae rationis sequendo eam, vel recedendo ab ea, talis actus non pertinere ad esse moris, quantumcumque esset liber; ergo tota ratio in obiecto, sine, & circumstantiis praebendis, vel communicandis moralitatem actus pendet ex tali dictamine: ita dicitur Herrera 2. disp. 28. q. 3. mot. 3. Sed est dubium, an moralitas actus immedie consistat in tali beatitudine ad regulam morum, vel potius in habitu ad obiectum per ipsam propositum, & regulatum, & mediate ad ipsam regulam obiectum proponentem, & regulantem. Hoc fecerunt affirmant Thomista, quia sicut in physicis actus specificatur immediate ab obiecto in esse naturali ab intellectu propositis; ita in moralibus quoque specificatur ab obiecto in esse morali proposita a ratione: tum quia actus non est regulabilis a regulis morum, nisi mediante obiecto, quod cum sit prius in intentione, quam actus, & causa ipsius, prius regulatur obiectum a dictis regulis, in quantum praebentur esse bonum, vel malum, convenientes, vel inconvenientis; sita Salmatenses, Cornexo, Lezana, Hacquetus, & alii. Primum vero affirmat Herrera cit. cum aliis Scotistis, quod probat, quia sicut in naturalibus actus constituitur per se primo in esse suo per ordinem ad suum obiectum formale 2. de anima cap. 4. ita suo modo fatendum est in moralibus; ad regulae rationis habent rationem obiecti formalem actu morali, ergo &c. probatur minor, tum quia secundum varium modum accendi ad illam, vel recedendi ab ea diversificatur essentialiter ipsi actus morales, tum quia regulae rationis concurrunt in moralibus; tanquam ratio motiva ad volendum, vel nolendum; ergo tanquam obiectum formale actus: tale enim obiectum aliud non est, quam ratio motiva potentiae ad eius elicitionem. Confirmatur, quia si obiectum communicare potest bonitatem morale actu, item finis, & circumstantias, quatenus talia sunt iudicata a ratione; ergo tanto magis ipsa ratio, vel regula morum hoc praestare poterit per regulam posteriori formam. Haec tamen quoque est sola de modo loquendi concentratio, nam in re conveniunt omnes, quod a diverso modo regulandi, & proponendi obiectum potius, quam ab ipso obiecto propositum, sumitur specificatio ordinis moralis, actum tamen omnes, quod non potest actus proxime fundare habitudinem immediate terminatam ad regulam rationis, nisi prius intelligatur transactus super obiectum sic, vel sic a ratione iudicatum cum his, vel illis circumstantiis; & sic secundum quod obiectum est convenientes, vel inconveniens, super quod transit actus, intelligimus in actu convenientiam, vel inconvenientiam immediate ad regulam rationis terminatam; ergo jam tamen omnes regulam rationis esse illam, quae sic, vel sic dicitur formaliter obiectum in esse morali obiectivè; in quo fit constitutum potest deinde specificare actum in genere moris: Vetus sicut in naturalibus specificatio scientiae non sumitur a solo obiecto materiali, quod est ratio considerata, neque a solo formali, quod dicitur ratio considerata, sed ab utroque simul, ita ut unum sit ratio quae, aliud vero ratio subiectiva; ita in moralibus dicendum non est actum immediate specificari a regulae rationis, sed ab obiecto ipso ut fiat sub tali regula, seu ut sic, vel sic a ratione propositum, atque ita moralitatem formaliter, & immediate consistere in habitu ad obiectum per regulam rationis propositum, & obiectivè regulatum, ab ipso enim sic inspecto derivatur deinde moralitas formalis in actum; hoc etiam modo rationem moralitatis explicat Rubion 2. disp. 40. quaest. 2.

11. Sexto tandem, ut pateat quenam sit regula morum, a qua per accessum, vel recessum derivatur moralitas in actus humanos, advertendum est, quod licet lex aeterna, lex naturalis, lex positiva divina, & humana, sint regulae morum, quatenus vel praescribunt bonitatem, vel malitiam, convenientiam, vel inconvenientiam obiectorum, non tamen proxima regula nostrarum actionum, cui nempe proxime conformari debeant ut bonae, vel ab ea recedere, ut male dicuntur in genere moris sed remota tantum: proxima enim regula est ratio nostra, ut docet D. Thom. p. 2. q. 19. ar. 4. & Scotus quod. 19. infra E, qui cum ibi appellat regulam intrinsecam, ubi D. Thomas vocat proximam, quae proponendo applicat nobis omnem legem, & innovetere facit, quid sit consentaneum, vel dissentaneum legi extrinsecae, divinae, vel humanae; sed licet intellectus practicus dupliciter nobis proponere potest legem extrinsecam scilicet, vel in universaliter, vel in particulariter quoque proxima, & intrinsecam regulae actionum nostrarum duplex est, una primaria, quae dicitur Synderesis, alia secundaria, vel ut ab ea dependens, quae dicitur conscientia a Scoto 2. disp. 39. Quando intellectus c sola terminorum apprehensione foris quadam prima principia practica, ut v. g. quod summum bonum est summe diligendum haec est primaria regula nostrarum actionum quando vero deinde lubinfert minorem, sed Deus est summum bonum, & tandem concludit necessario, ergo Deus est summe diligendum, hoc actuale, & particulariter dictamen ad dilectionem Dei actu stimulant, & infallibilis regula, quae secundaria dependet, quae dicitur iudicium practicum, quod quidem dictamen ad virtutem prudentie spectat ex Scoto 1. disp. 17. q. 2. §. quantum ad istud, quatenus, vel procedit ab habitu prudentiae, vel est illius generatus: hoc itaque dictamen praevalentiale est proxima regula actionum nostrarum, ad virtutem prudentiae, vel est illius generatus, opus non esse, quod tale dictamen sit semper actuale, sed interdum sufficere, quod sit virtuale: nam si hodie, v. g. habeam bonum dictamen eliciendi ieiunium, ille actus adhuc erit bonus moraliter, quia est conformis dictamini actuali, quod praevalentiale, iuxta Medina p. 2. q. 10. ar. 3. ait solum habituque interdum etiam sufficere, alioquin si maritus propositus semel cognoscere uxorem suam, quia honestum est; si eam deinde cognoscit non licet actu, an sit honestum, nec ne, dicendum esset illum non recte operari de quo infra.

ARTICULUS SECUNDUS.

Solvuntur Obiectiones.

12. In oppositum Primo obicitur probando moralitatem in sola libertate formaliter, & adequate consistere auctoritate Scoti 2. disp. 4. §. de secundo dico, ubi habet, actum dici moralem quia liber elicitum; & quod. 18. 1. §. O, habet actum esse imputabilem, quod est in potestate voluntatis; ex quo sic arguitur, imputabilitas sequitur moralitatem, ut passio; sed sequitur libertatem, ergo libertas formaliter, & adaequate idem est cum moralitate.

Respondeo Scotum dicere, actum esse moralem, quia liberè elicitum, quatenus morale fundatur in libero; unde actum esse liberum est ipsum esse moralem, non quidem formaliter, quia moralitas addit ei praedictam habitudinem, sed virtualiter, & fundamentaliter; & in eodem sensu inquit actum esse imputabilem, quia liberum, quatenus oritur a libertate, ut a primaria radice, ac fundamento; nil enim illud ubi intendit Doctor, nisi quod moralitas, & imputabilitas inest actu primo, & radicaliter per libertatem, tanquam propter radicem, & fundamentum. Dices, Scotus inquit actum esse moralem, & imputabilem formaliter, quia est in potestate voluntatis; ergo non tantum fundamentaliter, & radicaliter. Nego consequentiam, ita enim actum esse moralem, & imputabilem formaliter, & quod hoc ei non conveniat per libertatem, nisi fundamentaliter, & radicaliter, quo sensu dicimus duo esse aequalia, quia habent quantitatem eundem rationis, non quia per eam sint formaliter aequalia, sed quia quantitas est fundamentum aequalitatis, per quam dicuntur formaliter aequalia. Ad argumentum inde deductum distinguo de duplici imputabilitate, alia comitante libertatem ad actus naturales, vel artificiales apte, vel inapte faciendos; alia comitante libertatem ad actus virtuosos, vel vitiosos; non enim solum qui bene, vel male agit in genere moris est laudabilis, & vituperabilis, sed etiam qui apte, vel inapte operatur in genere naturae, & artis; prima dici potest imputabilitas physica, & artificialis; altera moralis: haec sequitur, ut passio, moralitatem, non illa; & sic negatur minor, quod

haec imputabilitas sequatur libertatem in communi, licet concedi possit de imputabilitate in communi. Dices, ergo si admittitur in puris libertas physica, & imputabilitas eiusdem rationis: pari rationem admittit quoque debet moralitas physica, & naturalis, quod est ridiculum.

Respondeo non desse illi concedentes, ut defendam moralitatem adaequate cum libertate coincidentem. Sed hoc planè est confundere genus moris cum genere naturae, & quidem est implicentia in hac propositione, moralitas naturalis, seu physica, & in hac altera est negatio, moralitas moralis.

Dices rursus, in pueris non est libertas, quia non adfert moralitas; ergo sunt idem: probatur assumptum, quia si haberent libertatem, possent saltem venialiter peccare, cum ad hoc sufficeret etiam imperfecta libertas, qualis est physica; Tum quia in ipsis ligata est facultas discurrendi, ergo, & liberè eligendi. Nego assumptum, ad primam probationem dico ad veniale sufficere quidem libertatem imperfectam in actu, non tamen in habitu; non requiritur, quod facultas in actu primo fit omnino soluta ad discurrendum in materia morali, licet deinde per accidens, & quandoque culpabiliter non extat in actu secundum perfectum, ex quo patet ad venialiter peccandum non sufficere sola libertatem physicam, ad alteram probationem, licet possit negari consequentia, quia libertas exercitii non pendet ex discursu rationis circa bonum, & malum in obiecto, tamen ea concessa dico ad antecedens, quod licet in eis sit ligata facultas discurrendi in materia morali, non tamen in ceteris ligatis inferioris, ut in naturalibus, & artificialibus. Dices tandem, quenam est maior ratio, cur in hac discurrant quam in illa. Respondeo, quia principia unius sunt altiora, & cognitio subtiliora, & sensus remota, alterius vero facilliora sensibusque propinquiora.

Secundo obicitur, actus eo ipso, quod est liber, est moralis, & imputabilis: ergo moralitas, & imputabilitas formaliter, est sola libertas, antecedens probatur, actus liber, prout liber, distinguitur ab actu necessario; sed actus necessarius, prout necessarius, non est moralis, & imputabilis; ergo actus liber, prout talis, erit moralis, & imputabilis, quia in causis praecisis, sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio negationis. Contra, quia omnis actus liber, aut est bonus, aut malus, aut indifferens: ergo est moralis, quia liber, & consequenter, quia hic sunt species generis moris. Resp. nego ad antecedens, potest enim dari libertas physica, ut diximus de pueris, & amentibus, sine moralitate, seu imputabilitate moralis: verum est quidem, quod actus liber ex eo, quod est liber, potest esse moralis, quia habendo libertatem habet fundamentum, & radicem moralitatis, unde in antecedente ly eo ipso, quod aequivalet particulae inquam, non debet sumi reduplicative, sed specificative; ad probationem assumpti distinguo antecedens, actus liber, prout liber distinguatur ab actu necessario, in genere moris formaliter, nego; radicaliter, & fundamentaliter concedo, nam etiam in pueris actus physice liberi distinguuntur ab actibus necessariis, unde actus necessarius, prout talis, non est moralis, quia ei deficit radix, & proximum fundamentum moralitatis, quod est libertas. Ad confirmationem nego omne actum liberum, quatenus talem esse bonum, vel malum, vel indifferens in genere moris praecise, sed est talis, vel talis, aut in genere moris, aut naturae, aut artis, & tunc negatur consequentia, bonum enim, malum, & indifferens in ordine ad naturam rationalem duntaxat sunt species generis moris, in ordine autem ad naturam animalem aut regulas artis, sunt species etiam in aliis generibus.

Tertio, posita libertate ponitur moralitas in actibus, & ablata auferitur; ergo moralitas non est quid a libertate distinctum. Respondeo posita libertate poni moralitatem non tanquam rationem formalem, sed fundamentalem, & radicalem, ad qua consequitur, vel consequi potest moralitas, quo sensu etiam dicimus posita albedine in duobus subiectis poni etiam similitudinem; non quia per albedinem illa duo sint formaliter similia; sed quia albedo est fundamentum, ad quod consequitur similitudo. Dices, posita in actu libertate, & alio quoque modo seculo, est formaliter moralis; ergo per eam formaliter constituitur in esse moris, & non fundamentaliter tantum: probatur assumptum, primo, quia posita libertate, actus est regulabilis per legem, sed moralitas, ut abstracta a bonitate, & malitia, in nullo alio consistere potest, nisi in hac regulabilitate, quae fit per modum conformis, erit bonitas si per modum difformis erit malitia. Deinde quia posita libertate ponitur praecipua moralitatis proprietates, quae est imputabilitas, imputatur enim actio agenti, quatenus eius potestati subiaceret. Respondeo negando assumptum, ad primam probationem negatur minor, quia moralitas dicitur actualiter subiectionem actus ad legem, & haec immediate dividitur in conformem, & difformem, unde moralitas actualis, & formalis dependet a legis existentia; regulabilitas autem illa dicitur solum capacitem ex parte actus, ut rationis, & legi subiaceret, ac praevidetur ut sic, vel esse possit moralis, quae capacitas eadem efficit, etiam si de facto nulla ex extrater, quo casu utique nulla extaret formalis moralitas. Ad alteram probationem negatum est assumptum, quia in pueris, & amen-



& amantibus datur libertas sine imputabilitate moralis, licet concedi possit imputabilitas inferioris ordinis illi libertati proportionata, adeo ut imputabilitas in communi sequitur libertatem in communi, & talis imputabilitas talem libertatem.

35. Quarto, e contra obicitur moralitatem non necessariò presupponere in actu libertatem, ut eius fundamentum, quia actiones Christi etiam precepta fuerunt morales, quia meritoria, & tamen non fuerunt libera; & alioquin peccare potuissent, eas omittendo, item beata visio, & fructus sunt actus morales nobilissimi, quia maxima laude dignissimi, quia nisi essent moraliter boni, tunc aliqua perfectione carerent quam haberent actus vice, & tamen sunt omnino necessarii; Respondet, quod utriusque simpliciter, & absolute loquendo non est necessaria libertas exercitii proxima in actu ad iudicandam bonitatem, vel malitiam moralem, sed sufficit remota, qua ratione Scotus 3. dist. 8. q. 1. ait actum beatissimi Michaelis posse à Deo acceptari, tanquam meritum, & ratio est, quia ad hoc ut actus sit moralis, sufficit, ut sit capax meriti, vel demeriti, & imputabilis ad laudem, vel vituperium, ut autem sit sic imputabilis, sufficit, quod ita sit in potestate agentis, ut excludat necessitatem intrinsecam agendi, licet extrinsecam habeat, e.g. denegatione, scilicet, concursu divini, quod etiam concedere videtur Bellarm. com. 3. de Inst. lib. 5. c. 1. in fine, & Maritanus 2. Phys. q. 11. art. 3. in calce: Regulariter tamen loquendo, necessariò prærequiritur in actu proxima libertas, meritum enim, vel demeritum hominis vultoris talem supponit libertatem in operante ex Patribus, & Conciliis contra Hereticos; cum ergo hic loquamur de moralitate, ad quam sequitur meritum, vel demeritum vultoris ubi proportionatum, necessariò exigimus, tanquam eius fundamentum libertatem exercitii proximam: Christus autem Dominus sicut ex speciali privilegio fuit simul vultor, & comprehensor: ita etiam speciali quodam modo merebatur, & moraliter operabatur, de quo moralitatis modò hic non est sermo; hinc enim loquimur de moralitate, & merito vultoris contraturali. Ad illud de actibus beatissimis jam dictum est n. 7. non referri in eis bonitatem moralem, ut hic de ea loquimur, sed re ipsa in eis bonitatem naturalem, & cum sint aliquo modo liberi libertatem saltem intrinsecam, & remota, posse etiam ipsi concedi aliquam bonitatem moralem tali libertati proportionatam, qua ratione ait Doctor loc. cit. actum beatissimi Michaelis posse à Deo acceptari, velut meritum, in quo etiam sensu dici potest maxima laude dignus: unde duplicem possumus distinguere moralitatem, alteram consequentem ad libertatem exercitii proximam, qualis est moralitas actus vultoris, alteram consequentem ad libertatem exercitii remotam, qualis concedi potest actibus Beatorum in patria.

26. Quintò ad idem; actio exterior potest incipere esse mala moraliter, quando à voluntate non potest revocari, nec impediri: ergo malitia moralis non prærequirit necessitatem libertatem; probatur antecedens de peccato commissionis, quia homicidium alicui machinatum pro venenum sequitur, quando non est amplius in voluntate potestatis illud impedire, actio enim naturalis veneni nequit impediri, simile est de emittente sagittam, quæ emissa amplius revocari nequit; probatur etiam de peccato omissionis, hoc enim tantum incipit, quando urget præceptum, non antea, nec post, quia nec antea nec post tenetur: potest autem currere præceptum, quando dormit, ergo Sec. Confitem, quia pollutio in somno peccatum est, quando provenit ex causa mala, alioquin per eam non impediretur sumptio Sacramenti, & tamen nolite potestari non fubeat.

Resp. negando assumptum cum ejus probatione, omisso enim, & homicidium non sunt peccata in illis casibus, quando fiunt, quia tunc sunt extra potestatem voluntatis, & non sunt liberi, etiam si exordium habuerint à voluntate libera; alioquin daretur casus, in quo homo peccaret, & simul esset in gratia, imò quod peccaret, postquam esset in purgatorio, aut in Cælo, ut si quis alteri venenum propinaverit, aut in eum sagittam emiserit, & antequam venenum operetur, aut sagitta feriat de illo peccato contrahat, & statim moriatur, dico ergo in his, & similibus casibus contrahi malitiam homicidii, aut omissionis tantum in applicatione, aut appositione causæ, quæ fuit in voluntatis potestate, ut D. Bon. & Scot. loc. cit. docent; imò contrahitur etiam si deinde homicidium, vel omisso per accidens non sequatur, ut si sagitta emissa in cassum tendat, vel venenum effectum non forsitur, aut omittens à somno excitetur, & missam audiat: utique inquam, hoc, vel illo peccato peccavit, quia probabilis periculum huius, vel illius se exposuit; & quod dormiens à somno exciteretur, & missam audiat, non efficit, quia peccato omissionis peccaverit, quia tali periculo se exposuit: licet enim tunc præceptum non urgeat ad exercendum actum obligat rempen ad non ponendum impedimentum exercendi illum pro tempore debito; sicut præceptum non occidendi, ne dum homicidium, sed etiam probabilium homicidii causam prohibet, ut supra dictum est. Dices, ergo loquitur, quod in ebrietate occidens sufficienter constituitur, si dicat, in ebrietate fuisse

cum periculo occidendi, etiam si non dicat, quod occiderit. Resp.pondeo etiam si melius sit ista confiteri: Si tamen sufficienter explicetur periculum, & fiat debita restitutio, sufficit, quia tantum tenetur confiteri peccata, & quod non est in manu nostra non est peccatum. Ad Confirmationem, dico pollutionem in eo casu esse tantum effectum peccati, nec habere aliquam malitiam in se etiam denominatione extrinsecam, sed tantum in causa, impedit tamen suspensionem Euchariæ ab immunditiam corporis, & vagationem mentis: Verum de hoc agemus ex profecto dist. 9. q. 5.

Sextò tandem: actus externi qui non substant nostræ potestati, puniuntur poenis distinctis ab his, quæ debentur causis, vel internis actibus: ergo in se sunt peccata etiam sine libertate; antecedens patet in occidente iactu sagittæ, & ante percussione panitentem, licet enim sit irregularis, si sit clericus, si vero laicus sit excommunicatus, si occisus est Sacerdos, & non propter peccatum præteritum, quia non est; ergo propter occisionem, quam non potuit vitare, quando facta est. Conf. quia in factis Canon. ponitur penitentia pro homicidio in insania commisso, nec excusatur ab irregularitate, qui in ebrietate occidit. Resp. negando loquellam, non enim fuit peccata, sed peccatorum effectus, qui exordium liberum habere, quod præcisè sufficit, ad censuras incurrendas, per quas puniuntur peccata præterita etiam remissa, cum modo ponatur conditio effectus securi. Eccelesia enim non intendit homicidii peccatum his poenis punire nisi effectus sequatur. Neque hoc est inconveniens, quia cum ex communicatio sit poena, nihil obstat, quò minus post culpæ remissionem, passim enim puniuntur culpæ iam remissæ; Quod verò communiter dicitur excommunicationem supponere peccatum hoc verum est in hoc sensu, quod actu in se vel saltem in fuerit. Ad Propositorum illa penitentia ad cautelam, iterum caveatur à causa fororis, sic etiam in Canon. imponitur penitentia ei, qui ex invincibili ignorantia accessit ad sortem uxoris putans esse suam scilicet, ad cautelam. Ad aliud dictum, quod licet Canones eximant ab irregularitate infantem dormientem, & furiosum occidentem, & idem erit de ebrio, qui nullo modo prævidit homicidium, quia non est ei magis liberum, quam dormientis, si tamen prævidit tunc periculum homicidii, incurrit irregularitatem contra Cætes, & alios tenentes non requiri talem prævisionem, sed quidquid de hoc fit nobis non sufficit homicidium esse voluntarium in causa, ut incurrat irregularitatem, non autem quod fit in se voluntarium, & peccatum: Quæ omnia adhuc magis constabunt dicendis infra dist. 9. q. 5.

ARTICULUS TERTIUS.

Dubia quedam circa formalitatem moralitatis expenduntur.

Primum Dubium est: an moralitas sit essentialis physice essentialis actus liberi, an potius alicui accidentale illi superadditum; & questio præteritum movetur de actibus ab ipsi voluntate elicitis, etenim in imperatis, qui ab illis potestatis sunt, satis patet moralitatis ab entitate physica actus distincto; cum experientia ipsa doceat, uti, & eundem actum exterum in esse naturæ per diversas moralitates speciei vagari propria entitate invariata, & ab una in aliam transire, eadem enim actio exterior fieri potest propter bonum, & propter malum finem, & subinde potest esse bona, & mala, quare moralitas nullo modo est illi essentialis, sed prolixi accidentalitas: Prima sententia asserit moralitatem esse actui libero essentialiam, itaque qui semel non est moralis, non possit manens idem essentialiter acquirere aliquam moralitatem sive bonitatis, sive malitiae, & qui habet unam moralitatem non possit transire ad aliam, ita Granad. p. 2. tr. 9. dist. 2. sect. 1. plures hac opinione citans. Alia sententia concedit quidem in actibus, qui versantur circa objecta delectabilia, quia talia præcisè, moralitatem esse accidentalem, quibusdam tamen asserit esse essentialiam, qui nimirum bonitatem, vel malitiam ex objecto desumunt, ita Ariaga dist. 14. sect. 2.

Dicens tamen esse moralitatem accidentem physice entitati cuiuscunque actus humani etiam immediate ab ipsa voluntate elicitis, & accidentaliter illi superadditi. Hæc est communis Thomistarum p. 2. q. 18. ar. 7. ubi Caiet. Medina, Martinez, Curiel, Zamet, Cornexo, Montefin, Putean, Valquez, Suarez, Hacquet, Lezana, Serra, & alii passim, eam docet D. Bon. 2. dist. 41. act. 1. q. 2. ubi docet actionem voluntatis non dividi per bonum, & malum, tanquam per differentias essentialis, sed tanquam per quid accidentarium, & Scotus 1. dist. 17. q. 1. §. quantum ad systum, & quod. 18. X. quibus in locis bonitatem, & malitiam moralem actus ab eius naturali substantia distinguit, & præteritum in primo loco docet eadem proportionem esse philosophandum de habitu, & actu morali, ita ut virtus moralis supra habitum addat etiam convenientiam habitualem cum reã ratione, quod probans sub i. q. inquit, quod idem habitus secundum naturam acquisitus ex actibus abinentia, non necessarium

dum rectam rationem, sed erroneam manere potest idem cum reã ratione dirigente; & cum rectè operari: & quare non conjungitur cum reã ratione est virtus, aliàs autem virtus non est; nec tamen ait, aliquid mutatum est circa illum habitum in se: sed tantum nunc conjungitur prudentia, & prius non: ex quibus patet in sententia Doctoris moralitatem accideri, tam actui, quam habitui in esse naturæ; hoc idem docet Rubion 2. dist. 49. q. 2. Probatur autem primò ratione à priori, quia entitas physica actus humani sumitur ex objecto nudè sumpto, & respectu omni respectu ad regulas morum, legem scilicet, vel rationem, consilium &c. moralitas autem non nisi in ordine ad objectum, ut regulatur per eandem regulas. Tùm quia hunc respectum ad regulas morum non fundat ipsemet actus secundum substantiam immediate, sed mediante libertate, ut fundamentum totius generis moris: hæc autem duo, scilicet, libertas, & subjectio ad regulam rationis sic, vel sic proponentem, merè accidunt actui in esse naturæ, cum secundum substantiam esse queat sine libertate, & etiam liber sine subiectione ad regulas morum; Quod autem libertas non sit essentialis actui, fed et accidat in esse naturæ, iam dixi dist. 7. de anima quest. 4. ar. 1. ubi ostendo nu. 70. eundem actum specie, & numero posse de necessario fieri liberum, & e contra, vel ex defectu attentionis circa objectum, vel ex defectu concursus parati; qui videtur communis omnium sensus in motibus primo primis, ut ibi dicebam, dicunt enim, quod cum primò eliciuntur sine sufficienti advertentia rationis, non sunt liberi, neque in nostra potestate; cum vero accedit advertentia rationis saltem semiplena sententur peccata venialia, & dicuntur motus secundò primis; per quem loquendi modum satis aperit significat esse eodem omnino actus, qui prius erat necessarii, & postea ex sola advertentia rationis sunt liberi.

20. Ex quo colligitur non subsistere, quod ait Ariaga loc. cit. ubi inquit, ad moralitatem duo concurrere, libertatem scilicet, & bonitatem, vel malitiam; & quod primum utique nulli actui esse essentialiam, quo autem ad secundum posse esse alicui essentialiam: Non inquam, subsistit, si enim libertas est proximum fundamentum totius moralitatis, plane illa deficiente in actu, hæc quoque desicere debet, unde si illa accidit actui in esse naturæ, ut ipse quoque concedit, hanc quoque eadem accideri debet, cum nequeat posterius cum eo subiecto majorem habere connexionem quam habeat prius, quò mediante illi convenit. Tùm quia, ut actus voluntatis sint formaliter boni, non requiritur, quod conformetur bonitati objectivæ, ut habet esse subiectivum à parte rei, sed ut habet esse objectivum, seu ut proponitur; & applicatur à regula rationis inculpabili huic, vel illi subiecto, sive verè applicetur speculative, sive non sufficiat enim reã ratio practica ut notant Valquez dist. 58. c. 2. & Becan. tr. 1. c. 4. q. 5. unde etiam conscientia erronea obligat, quando ortum ducit ex ignorantia invincibili; cum ergo talis conformitas accidat actui in esse naturæ, non tantum ex primo capite moralitas accidit, ut dicebat Ariaga, sed etiam ex secundo; Ex quo etiam solvitur ratio; quam asserit ad probandum moralitatem quibusdam actibus esse essentialiam illis nimirum, qui bonitatem, vel malitiam ex objecto desumunt, quia tendentia nimirum talis actus in objectum est ipsa essentialis actus; hoc enim saltem est, ut dixi, quia ut actus sit formaliter bonus, non requiritur quod conformetur bonitati objectivæ, ut habet esse subiectivum à parte rei, tùm quia saltem ex defectu libertatis fieri possunt huiusmodi actus non boni, vel non mali formaliter in genere moris; & in hoc casu etiam ipsemet amor Dei non remanet moraliter bonus ea saltem bonitate, de qua loquitur in hoc tractatu, & e contra odium Dei non malum moraliter.

21. Deinde probatur ratione à posteriori, potest variari, & amitti moralitas volitionis invariata physice specie: ergo accidit illi; consequentia patet, probatur assumptum, quia actus incipiens sine deliberatione, atque adeò pro tunc neque bonus, neque malus moraliter, potest deliberatione adveniente continuari, & bonitatem, vel malitiam accipere; ut i dicebam de motibus primò primis; tùm quia potest idem numero voluntatis actus de bono in malum transire, ut si quis hora licita carnibus vescens, in hac actione, & volitione tempore prohibito perseveret, tunc volitio illa eadem manens in esse naturæ prius est bona, & postea mala in esse moris. Dices, advertentia cognitione prohibitionis, vel voluntatem à priori actu cessare, vel novum elicere à priori essentialiter diversum. Contra, quia huius variationis nulla apparet necessitas: siquidem idem motum habet voluntas, quando vult comedere carnes ante advertentiam præcepti, ac postea; & illud idem objectum materiale, & formale, in quod tendit voluntas non advertentiam prohibitionem, etiam respicit admonita. Respondent ac

cedente nova cognitione prohibitionis, essentialiter variari actum voluntatis, quia eas motivum; & objectum formale etiam variatur, etenim voluntas vult comedere carnes ante advertentiam legis, in quantum est bonum delectabile non prohibitorum; & postea vult idem objectum materiale, in quantum est bonum delectabile prohibitorum, atque reã rationis convenientis. Contra, quia licet varietur cognitio quoad circumstantiam prohibitionis, tamen quoad propositionem objecti per se movens voluntatem, quam supponit esse rationem delectabilem, non variatur, quia adhuc proponitur objectum, ut delectabile, & sub tali ratione adhuc voluntatem movet ad eum carnium; ergo est idem omnino actus, neque per consequens prohibitionis cognitionem in sua substantia variatur; siquidem cognitio prohibitionis, quæ advenit, non est novum motivum, imò nec ullo modo motivum, quia ut ait Ansel. nemo aspiciens ad malum operatur, imò qui perseverat in commestione carniū post horam illicitam dolet, quod tempus licitè transierit, & illicitum tam citò advenierit. Dices, licet eadem protunc velit commestione ex eodem motivo delectabilitatis formaliter, & expressè, tamen eo ipso, quod non abstinere, vult etiam prohibitionem saltem virtualiter, ac incipientivè, quod sufficit ad variandum actum internum, quod substantiam. Nego consequentiam, quamvis enim illa inter, reatitua volitio sufficiat ad variandum actum in genere moris, nempe ut de bono fiat malus; hoc tamen non sufficit ad illum variandum in genere physico: hæc enim identitas, vel diversitas actus in genere physico attenditur ex identitate, vel diversitate motivi formalis, & expressi præteritum, non autem, virtualis, ac interpretativæ; quare cum in præteritum perseveret idem motum formale, & expressum, nempe delectabilitatis in eum carnium ante, & post prohibitionem, consequenter idem numero actus perseverabit, quod etiam docet Rubion loc. cit. dist. 40.

Obicitur, non potest voluntas ferri in objectum, nisi eo modo, quo ab intellectu proponitur; sed e converso cum voluntate proponitur, ut delectabilis, & prohibita post horam illicitam; ergo voluntas debet illam velle, & quia delectabilem, & quia prohibitam, atque idem ante, & post horam illicitam nequit esse idem actus physice, quia idem non est motivum. Conf. quia veritas est essentialis omni actui, ita actus verus nequeat veritate carere manens essentialiter idem; ergo etiam moralitas debet esse hoc modo essentialis omni actui; probatur consequentia, nam bonum, & malum ita sunt differentia actionum voluntatis, sicut verum, & falsum, luce differentia intellectus; sed hæc sunt ejus differentia essentialia etiam in esse naturæ, ergo &c. Tum quia sicut actus propter veritatem conformatur cum objecto, ita per bonitatem conformatur cum ratione, ergo vel utraque conformitas est actui essentialis, vel neutra. Resp. distinguendo antecedens; non potest voluntas ferri in objectum, nisi eo modo essentiali, quo ab intellectu proponitur, concedo, eo modo accidentaliter nego, prohibitorum autem est, modus accidentaliter objecti voliti, ac protunde voluntas potest ab illo abstrahere suam amorem; verum quidem est, quod propter necessariam connexionem unius est alio volendo quis comedere carnes, virtualiter, & interpretativè vult prohibitionem; sed hoc non probat variationem essentialem, & physicam in actu, quia voluntas interpretativa, prout talis, nihil physice est. Ad Conf. negatur antecedens, ut universalius verum imò Aris. cap. de substantia ait eandem opinionem esse posse successivè veram, & falli am, atque idò in logica diximus veritatem propositionis contingentis non esse actui essentialiam, unde hæc propositio, Petrus est in foro, si tendat in objectum præsentando ab omni temporis circumstantia, ita est vera existente Petro in foro, quod eadem essentialiter invariata poterit esse falsa. Sed quicquid modo sit de hoc, admittimus actum intellectus sine veri, requiritur, quod immediate fundent conformitatem ad veritatem objectivam, sicut est à parte rei, ex eo enim, quod res est, vel non est, foratò dicitur vera, vel falsa; sed ut actus voluntatis sint formaliter boni, non requiritur, quod conformetur bonitati objectivæ, ut habet esse subiectivum à parte rei, sed ut habet esse objectivum, & proponitur à ratione reã practice, etiam si non sit talis speculative, ut dictum est numero 20. & hæc quoque conformitas non immediate fundatur in ipsa actus substantia, sicut fundatur veritas, sed mediante libertate, quæ etiam accedit actui in esse naturæ; unde ex solo libertatis defectu quilibet actus etiam ex objecto bonus potest fieri saltem non bonus, & quilibet malus potest fieri non malus, unde licet sint aliqui actus qui sed mali, ut boni fieri nequeant, sicut odium Dei, mendaciam, propositum Dei offendendi, ut potè qui includunt intrinsecam repugnantiam cum lege, & recto dictamine, adhuc tamen ipsi sunt fieri non mali ex defectu libertatis, quod sufficit, ut dicamus malitiam esse illis quoque accidentalem, sed quod dicendum sit de singulis moralitatibus speciebus respectu cuiuscunque actus, inferius patebit nu. 182. interim hinc deducendum est,



est, bonitatem, malitiam, & indifferentiam esse differentias accidentales actus humani in esse nature spectati, talemque diversitatem esse subjecti in accidentia.

Dubitatio Secunda.

23 Secundum Dobbium est, cum certum sit ex dictis moralitatem actus non esse ipsam entitatem naturalem, & physicam ejus, neque aliquid ad ipsam essentialiter pertinens, sed quid accidentale superadditum; quid sit hoc superadditum ratione cuius transiret actus de genere nature ad genus moris, an scilicet, sit quid reale, vel rationis, absolutum, vel respectivum & per modum intrinsecæ, vel extrinsecæ denominationis; Prima sententia affirmat importare aliquid reale per modum respectus; ac intrinsecæ denominationis quia contra omnem intellectus operationem actus omnes humani vel sunt boni, vel mali, vel saltem indifferentes, ita Thomista passim Cajet. Alvarez, Zume, Curiel, Martinez, Haquetuz, Lezana, Serra, Montes, Cornejo, & alii. Opposita sententia affirmat esse morale in actibus humanis nullam illis super addere physicam, ac realem entitatem absolutam, vel respectivam, sed importare esse quoddam rationis, non quidem formale, & fabricatum, sed materiale, & derivatum in actibus ipsi ex regula rationis, cui subsistentur, per modum extrinsecæ denominationis, ita Scotista, & Neutrales passim Valentia, Suarez, Valquez, Lorca, Ariaga, Ovved. & alii, quæ quidem alteratio multum habet de nomine; quando enim Thomista contendunt moralitatem ponere quid realem, & physicam in actibus, non credo equidem ipsos loqui de ente reali in toto rigore, prout importat quid reale positivum; nam quamplures eorum malitiam, quæ species est moralitatis, insunt in pura privatione debite rectitudinis, & puram omissionem admittunt bonam, vel malam in genere moris; quod utique admittere non possent, si moralitas quid reale physicum, & positivum importaret; tunc enim pura ommissio non esset idoneum ejus subjectum, & contra verò, quando Neutrales afferunt moralitatem non importare realem entitatem, sed aliquid rationis; jam explicant, se non loqui de ente rationis pro formali; quo pacto est pura fictio intellectus; sed de ente rationis materiali, & fundamentali, quod tale dicitur, quatenus accedente opere intellectus potest ab eo efformari per modum entis rationis formalis, & actualis, quo pacto entia rationis dicuntur omnes reales privationes, negationes, ac extrinsecæ denominationes, quæ alioquin dantur à parte rei citra omnem intellectus operationem, nam aer, de nocte est realiter tenebrosus, oculus realiter cæcus, paries realiter vitus citra quamcumque intellectus operationem; unde in hoc sensu secunda opinio non negat ens morale importare esse reale pro entitate aliqua reali, & positiva opposita entis rationis tam formaliter, quam materialiter, seu fundamentali sumptio.

24 Quod autem secunda sententia hoc modo explicata sit Scoti principis consentanea ex eo patet, quia libertas secundum ipsam non addit supra entitatem actus relationem tantum extrinsecam provenientem ex indifferentia proxima potentie voluntarie, ut ex eo colligitur 1. dist. 12. qu. 1. lit. G. & 4. dist. 13. H. & dist. 17. q. 5. §. quantum ad istum art. & 2. dist. 40. qu. un. & quol. 18. art. 2. & probavimus dist. 7. de Anima q. 4. art. 1. cum igitur ex dictis esse morale supponat tanquam proximum fundamentum esse liberum; consequenter secundum ipsam ratio minus moralitas super actum addit entitatem realem absolutam, vel respectivam, cum entitas fundati semper deficiat ab entitate fundamenti. Tum quia hæc non potest poni, nisi habitudo ad obiectum à ratione propositum, ut conveniens, vel disconveniens nature rationali, ut sic, sed hæc non est habitudo realis, quia non insurgens inter extrema ex natura rei, non enim est habitudo actus ad obiectum, prout conveniens, vel disconveniens ex natura rei nature rationali, sed prout conveniens, vel disconveniens eidem ex iudicio intellectus practico, sive ita sit à parte rei, sive non, ac proinde non necessario conformis rei, quam enunciat, sed ab hac conformitate præcedente, ut semper Scot. inculcat, & D. Bon. ergo respectum realem in rigore importare non potest. Conf. ex dictis, quia celebrare Missam in templo est actus bonus secundum se, vel saltem non malus, tamen si accedat interdictum Ecclesie, idem actus fit malus moraliter absque ulla mutatione positiva, & intrinsecæ ipsius; ergo malitia moralis non est aliquid physicum positivum in actu; idem dici debet de quolibet actu ex genere suo sive bono, sive indifferenti, qui, si accedat lex Principis prohibens legitime talem actum, statim inspicit esse malus moraliter, & tamen nihil positivum acquirit actus ille, aut perditur; ergo moralitas actus non consistit præcisè in aliquo ente physico positivo actu intrinsecæ: ut jam de bonitate morali dist. 5. met. qu. 1. n. 290.

Respondent, moralitatem actus consistere in relatione con-

formitatis & consonantia, vel disformitatis, & dissonantia à ratione, quæ relatio est realis, quia habet fundamentum reale, qui est actus, & terminum realem; qui est ratio, seu natura rationalis. Contra quia saltem est actum ex se habere conformitatem, vel contrarietatem, sicut et vana dolor, & tristitia habet quandam inconvenientiam realem cum subjecto, quod doleret imò physice loquendo actus imperantia habet magnam convenientiam physicam cum subjecto imperante, et enim est delectabilis: requiritur ergo ad hoc, ut actus imperantia sit malus, & nature rationalis contrarius, ut sit per accessum v. g. ad mulierem non suam, si enim est ad suam, actus non est malus, sed potest esse bonus; at quod mulier sit sua, vel non sua, non est aliqua ratio physica in muliere, quæ possit aliquo modo causare illam relationem physicam malitiae in actu imperantia, sicut generatio filii, quæ dicit influxum physicum parentis in filium est ratio fundandi relationem paternitatis, ex quo colligitur Durandus 2. dist. 38. qu. 1. actum imperantia, quo quis accedit ad suam, & actum imperantia, quo quis accedit ad non suam, esse ejusdem speciei physice, & tamen in genere entis moralis esse contrariæ speciei, quia unus est bonus, & alter malus. Præterea, quando actus prius est bonus, vel indifferens, & deinde per adventum præcepti prohibentis fit malus, ut diximus de celebratione Missæ tempore interdicti: certe illa ratio malitiae, quæ adventu actus, non potest esse realis, quia etiam si terminus sit realis, nempe natura rationalis cui actus dicitur contrarius, & repugnans: tamen ratio fundandi talem contrarietatem, quæ est præceptum superveniens prohibens, non est aliquid quod habeat physicam connectionem, vel influxum in talem actum, sed solum extrinsecæ denominationem, & prohibitorium: sic enim odium Dei, si consideretur præcisè secundum esse physicum cum non possit tendere in Deum, nisi apprehensum sub aliqua ratione mali, scilicet, ut punientem, vel iniustum, ut sic odium physice consideratum est aliquid modo bonum nature odii habenti, quia voluntas natura sua odit, quod apprehendit sibi malum: igitur odium Dei malum morale, quia id fit liberè contra Deum, qui apprehenditur simul esse summum bonum, & proinde indignum amore, & non odio, loqui autem apprehensio, & libertas nihil insunt physicum in fundamentum, aut terminum relationis, scilicet, in actum odii Dei, vel naturam rationalem.

25 Restat igitur, ut moralitas importet in actu libero ens rationis materiale modo jam explicato, quod probatur, nam denominatio extrinsecæ ex terminatione alicujus actus vitalis in denominato derelicta ens rationis materiale vocatur, ut constat ex Logica disp. de ente rationis: sed moralitas in actu humano talem denominationem importat, ergo &c. Probatur minor, quia actum esse morale aliud non est, quam actum liberum esse subordinatum, vel subiectum advertentis relationis circa materiam moralem, hoc est, honestum, & turpe, vel esse deliberatum à ratione in materia moralis discurrente; sed esse sic deliberatum in actu voluntatis aliud non ponit, quam denominationem extrinsecæ ex terminatione actus intellectus practici deliberantis de actu voluntatis derivatam; sicut esse moraliter bonum aliud non est, quam esse regulatum, atque directum à ratione; quæ similitudo denominationes extrinsecæ in actu voluntatis derelictæ ex terminatione recti dicuntur intellectus practici, ergo &c. & hic totus discursus fundatur in doctrina, quam tradit Scotus quæst. ult. prolog. de praxi, & practica. Conf. quia moralitas in aliis rebus, scilicet, pretiis rerum venalium, contractibus humanis, dominio, servitute, esse Doctorem, Prætozem, uxorem, solum importans rationis materiale, seu extrinsecam denominationem: ergo idem dicendum erit in actibus humanis; probatur assumptum (nam consequentia patet ex omni moda paritate) quia uxor est illi viri uxor per relationem non realem, quia ratio fundandi fuit contractus præteritus inter eos liberè factus, qui nihil reale ponit in viro, & uxor, sed per relationem rationis fundamentaliter sumptam, est enim illi viri uxor, etiam si intellectus non concipiat talem relationem, nec etiam servus est sui Domini servus ex eo, quod Dominus, vel legitime eum emerit, vel iusto bello cepit, quod nihil insunt physicum in dominum aut servum, est igitur Domini servus per relationem rationis fundamentaliter acceptam, etiam non concipiente intellectu; eodem modo orbes ligneus, qui apponitur vino venali (de quo explicat Doctor 4. dist. 1. q. 5. ad explicandum morale Sacramentorum causalitatem, est signum venditionis vini, non naturale, neque proprie artificiale, sed morale per solum commune hominum impositionem ad illud significandum, etiam si non significet in actu secundo menti hominum concipienti, nisi hæc duo orbem, scilicet, ligneum, & vinum simul esse in eodem ex veteri consuetudine, atque hoc est concipere relationem signi fundamentaliter, ex hoc enim intellectu accipit sufficiens fundamentum concipiendi relationem signi ad vinum venale, tanquam ad suum significatum, sic igitur

igitur in actibus humanis, ut cognoscatur, quatenus boni, vel mali in genere moris, opus non est, quod concipiatur actualiter in eis relatio consonantia, & dissonantia à recta ratione sed sufficit, ut apprehendatur hoc debere fieri, quia est præceptum, illud verò non debere fieri, quia est prohibitum, alioquin rustici, & idiotæ, qui non faciunt tales comparationes, nec tales ordines apprehendunt, nunquam peccarent, aut bene agerent.

37 Resp. Lezana esse disparem rationem, quia moralitas in illis rebus pendet à mea, & libera impositione nihil intrinsecum ponente in ipsis, ac proinde solum ens rationis, vel denominatio extrinsecæ; atque similiter moralitas obiectiva, quæ competit obiectis actuum moralium, quia etiam solum pendet ex regulis morum, & lege extrinsecæ nihil intrinsecum in ipsis ponentibus, solum etiam est denominatio extrinsecæ, vel ens rationis; at verò quia actus morales important tendentiam realem in dicta obiecta, & realiter ab illis, prout regulatur per illas regulas moris, specificantur, ac hæc tendentia est quidam ordo, seu habitudo realis ad obiecta; idem moralitas in illis consistit in hoc reali intrinsecæ, quod vocatur regulabilitas.

Sed hæc responso se ipsam destruit, si bene perpendatur; concedit enim moralitatem obiectivam in obiecto nihil reale, ac intrinsecam ponere, sed solum extrinsecam denominationem ex regulis morum, & lege extrinsecæ sibi obvenientem, concedit etiam obiectum non ex natura rei spectatum, sed prout ab illis regulis regularum specificare actus morales; at ex hoc directè sequitur ordinem, vel habitudinem actus moralis ad obiectum non esse quid reale illi intrinsecum, sed solum extrinsecam denominationem; ergo &c. Probatur minor, quia obiectum formale, quod est ratio specificativa actus in proposito non est aliquid ex natura rei in obiecto repositum, sed aliquid ei obveniens ex beneplacito Legislatoris talem, vel talem legem ferentis; ergo cum talis specificatio non fiat ex natura rei ab iplo obiecto nihil reale physicum actu intrinsecè potest præberi. Tum quia, ut dicitur dist. 11. 20. ut actus fit moraliter bonus, opus non est, quod conformetur bonitati obiectivæ, ut habet esse subiectivum à parte rei, sed ut habet esse obiectivum, sed ut proponitur, & applicatur à regula recta rationis; neque opus est, ut talis ratio sit recta regulative, sed solum practice, unde etiam conscientia erronea obligat, quando ortum dicit ex ignoratione invincibili, ut docent Morales; cum ergo talis conformitas non fit ex natura rei, sed solum ex prudenti estimatione, vel inculpabili rationis legem proponentis; plane habitu ad actus ad obiectum nequit esse realis, nec aliquid physicum importare ei intrinsecum.

28 Itaque statendum est esse morale in actibus humanis importare solum relationem rationis fundamentaliter acceptam, quæ per se, & ex genere suo dependet à ratione liberè operante; est quidem relatio, quia cum omne ens morale dependeat essentialiter ab aliquo extrinsecæ, non potest esse quid absolutum, ut patet in exemplis supra allatis; est verò ratio, quia non insurgit inter extrema ex natura rei; est denique fundamentalis, & materialis, non verò actualis, & formalis, quia ens rationis formaliter acceptum, ut constat ex dictis in logica, non est, nisi concipiatur ab intellectu, & tamen nulla sunt entia moralia, quæ habent suum esse, nullo operante intellectu, aut actualiter concipiente illum ens rationis; Et sic facile explicatur, quomodo celebrare missam in Ecclesia modo sit actus bonus dum Ecclesia non est interdicta; modo sit malus accedente interdicto, quia actus idem celebrandi missam sub lato interdicto, & postea debito fine, ac circumstantiis, & libertate actus, est sufficiens fundamentum concipiendi relationem rationis convenienter actus ad rectam rationem; & deinde proposito interdicto est sufficiens fundamentum concipiendi relationem dissonantia à recta ratione; Bonum igitur, & malum morale in proposito est ille ipse actus celebrandi missam, quatenus est aptus fundare relationem conformitatis, & consonantia cum rationali natura sub lato interdicto, vel relationem dissonantia postea interdicto. Dices, si actus celebrandi missam sine interdicto est solum fundamentum relationis consonantia; ergo talis actus erit solum fundamentaliter bonus, & postea interdicto fundamentaliter malus, quia à parte rei solum fundamentaliter est consonus, vel dissonus à relatione.

Respondet, quod sic dicitur Deus realiter creator, etiam si relatio creatoris sit rationis; quia esse à parte rei, creatorem nil aliud significat, quam habere fundamentum concipiendi talem relationem: ita actum esse bonum à parte rei vel malum moraliter, nil aliud significat, quam habere sufficiens fundamentum concipiendi talem relationem consonantia, vel dissonantia; talis verò relatio non requiritur nisi ut denominetur intrinsecè bonus, vel malus per talem relationem illi ab intellectu affixam, ubi antea solum dicebatur formaliter talis per denominationem extrinsecam, quemadmodum de Deo crea-

tore discutere solemus. Dices rursus, relatio rationis fundamentaliter accepta est ens reale, ergo ens morale erit ens reale, & physicum.

Resp. ens reale posse accipi dupliciter; aliud quod est reale, nempe materialiter; sed etiam formaliter, & completè, quia habet in se totum illud esse obiectivum, quod correspondet conceptui formali, qui habetur de ipso; aliud est ens reale solum materialiter, seu potius fundamentaliter, non formaliter, & completè, quia non habet totum illud esse obiectivum, quod correspondet conceptui formali, quem habet intellectus de ipso, sed solum habet fundamentum talis ens conceptus obiectivi, quem involvit ens rationis, & hoc modo ens morale dici potest ens reale, & in primò tantum sensu negavimus esse ens reale. Denique hæc fundamentalis relatio rationis quam importat moralitas, nata est concipi ad modum respectus extrinsecæ adveniens, ut colligitur ex Scoto quol. 17. E. & X. ubi significat actum, ut fit moralis, vel moraliter elicitus, exigere approximationem dictamini, sicut dictamen, & actus sint in eodem supposito, alioquin si essent in diversis, non posset dici moralis, quantumcumque haberet ordinem ad illud: sed sic est, quod respectus exigens extremorum approximationem, ut resultat, nec consequitur necessarid fundamentum posito termino, dicitur apud Scotum respectus extrinsecus adveniens, ergo &c.

Solumur Obiectiones.

Obiectiones fundamentum prioris sententia superius tactum, 29 præter quodcumque opus intellectus verè à parte rei actus dicitur bonus, vel malus moraliter; ergo moralitas in eis dicitur quid reale, & non rationis. Respondet distinguendo antecedens, & formaliter intrinsecæ, negatur, formaliter extrinsecæ, conceditur, quatenus, scilicet, terminante actu verè à parte rei dictamen intellectus, & ejus directionem actum, derelinquitur in iplo illud esse directum, & regulatum à ratione recta, ratione cuius esse sortitur formalitatem moralitatis bonæ, vel malæ, diciturque à parte rei bonus, vel malus, id est, ordinatus, vel deordinatus à ratione: sicut verè à parte rei paries dicitur formaliter vitus per solum terminationem rationis oculo intrinsecè inherens; est quoque sequitur solum moralitatem importare ens rationis materiale, & fundamentale, quod suo modo à parte rei, ut patet de negotiis realis, ac extrinsecæ denominationibus; non autem esse quoddam reale positivum per modum realis relationis ad regulam rationis. Dices, esse tale secundum extrinsecam denominationem tantum non est esse reale verè à parte rei, sed tantum per fictionem nostram: ergo si per solum extrinsecam denominationem actus dicitur bonus, vel malus in genere moris non erit verè talis à parte rei.

Respondet negando assumptum, non enim secundum fictionem nostram, sed verè à parte rei dantur extrinsecæ denominationes, sicut dantur à parte rei negationes, & privationes præter quantumque fictionem ex Scoto 1. dist. 23. desumptæ à realis formis in alienis subiectis ad illud habitudinem quandam præferentibus, ut constat denominationibus dextræ, & sinistri, vis, & cogniti; ideoque negatur entiam sequela, etenim ad hoc, ut actus realiter hoc modo dicatur bonus, & non perfectionem nostram, sufficit, ut realiter terminet actum intellectus dirigentis, & regulantis; plane enim nil aliud est actum esse bonum, vel malum, aut indifferentem in genere moris, nisi vel esse regulatum, vel non regulatum à ratione, aut ad eam indifferentem se habere. Nec mirum esse debet, quod actus à parte rei dicatur formaliter bonus, vel malus in genere moris per solas extrinsecas denominationes regulati, & directi, cum actus ipse meritorius vitæ æternæ talis præcipue dicatur ex acceptatione divina passiva, vel sola terminatione activa ex Scoto 1. dist. 17. quæst. 2. & quol. 17. & consequenter per solum extrinsecam denominationem supposita sanctitate intrinsecæ merentis per habitum gratie sanctificantis, Dices, actus est realiter bonus: ergo bonitas est realiter in iplo inherens, forma enim sicut est in aliquo, ita denominat illud, ergo si actum denominat realiter bonum, erit realiter in iplo inherens. Respondet doctor in simili 1. dist. 30. q. 2. in calce, quod ly realiter aliquando determinat compositionem, & tunc nil aliud significat, quam quod verè est, quo sensu dicimus hæc propositio est realiter falsa, id est, verè falsa: Deus est realiter creator, hoc est, vere creator; aliquid verò determinat prædicatum, & nunc denotat aliquam realitatem ejus, primo modo antecedens est verum, ut non secundo modo, nisi forte secundum quid, ut notet in actu à parte rei non relationem aliquam realem, sed tantum veram terminationem actus practici intellectus humani moraliter de actu humano deliberantis, & idem negatur consequentia.

Obiectiones 2. actus bonus, & malus ratione bonitatis, & malitiae à parte rei sunt contrarii, à parte rei generant habitum virtutis,



ritus, & vitii: à parte rei unus est laudabilis, & alter vituperabilis: unus meritorius, & alter demeritorius, & habent alios effectus, & proprietates reales: ergo sunt vera cõtia realia, & non rationis. Confirmatur, relatio, quæ est inter extrema realia realiter distincta, & insurgit ex natura rei, est realis: sed habitudo, per quam moralitas explicatur est huiusmodi, quia eius extrema sunt actus voluntatis, & actus intellectus, quæ sunt entia realia, ac realiter distincta: quod verò insurgat ex natura rei docet Doctor 1. *dis. 17. q. 3. §. quantum ad ipsum*, ubi ait, quod postulo recto dictamine, & actu per illud directo ex natura rei resoluta relatio conformitatis. Respondet argumentum probare plusquam velint. Adversarii quorum plurimi malum morale in privatione debite rectitudinis consistunt, si autem argumentum valeret, probaret vitium etiam pro formali in positivo consistere, quia ut sic contrarietas virtuti, contrarietas autem inter positiva versatur: probaret insuper esse qualitates abolutas, quia in eo prædicamento propriè reperitur contrarietas; itaque cum dicitur bonum, & malum, virtutem, & vitium contrariè opponi, actualiter bonos, & malos genere habitus virtutis, & vitii, hoc intelligendum est de bono, & malo virtute, & vitio pro materiali, & substantiæ, non autem pro formali, ut explicat *dis. 5. Met. q. 13. n. 309*. Falsum insuper est laudem, & vituperium esse proprietates ex natura rei hanc, vel illum actum consequentes; siquidem laus, & vituperium præsertim in hominum existimatione consistit, sicut etiam meritum, ac demeritum, ut constat de currentibus in studio ad bravium acquirendum, pendet enim ex voluntate legem ferentis, ut qui melius se gesserit laudem, & præmium referat, alter verò non; imò nuper dicebamus ex Scoto meritum ipsum gloria celestis ex divina acceptatione præcipue dependere.

Ad confirmationem, neg minor nulla enim talis habitudo ex natura rei resultat in actu ex hoc, quod terminat actuale dictamine intellectus, sicut universaliter nulla insurgit relatio in obiecto ex hoc, quod terminat tendentiam actus in ipsum, sed tantum denominatio quadam extrinseca cognitiõn actus igitur voluntatis ex terminatione realis tendentiæ dictaminis ad ipsum derelinquitur tantum denominatio quadam extrinseca directæ, vel regulatæ, vel subiectæ ad regulam rationis falsum insuper est actus intellectus, & voluntatis secundum suam substantiam consideratos esse extrema talis relationis per moralitatem importatæ: sunt extrema potius ut substantia denominationibus regulantis, & regulatæ, vel directivæ, & dirigibilis. Deum verò ait Doctor, quod insurgit ex natura extremorum, exponit ibi Tartar. quod non loquitur de actu nudo, sed actu bene circumstantiano, prout dicitur ratio, positio enim actu cum tali transitu supra circumstantias, non potest non consurgere denominatio extrinseca, in qua consistit bonitas, quæ accedente opere intellectus sit relatio rationis formalis in qua sita est bonitas per intellectum, quæ alias est sola extrinseca denominatio: vel Doctor est intelligendus, ut se explicat *loc. cit. quol. 18. E. X.* quod positio recto dictamine, & actu per illud dirigibili in eodem lapsu, utique resultat relati conformitatis; sed hinc non rectè deducitur esse respectum realem, aut intrinsecus advenientem, quia non insurgit, aut insurgere concipitur ex natura extremorum, seu ex sola eorum positione, quod requiritur ad respectum intrinsecus advenientem, sed ex eorum approximatione, quod est proprium respectus extrinsecus advenientis.

31 Obicitur 3. cum Lezana *dis. 7. q. 1.* ad probandum moralitatem in actibus humanis non esse denominationem extrinsecam sed aliquid intrinsecum, quia dicitur intrinsecè ordinem ad regulas morum: sed iste ordo est moralitas ipsorum, ergo ea non consistit in aliqua extrinseca denominatione, sed intrinseca; maior probatur quia talis ordo est essentialis ipsis, & specificativus ipsorum in quantum morales sunt; ergo intrinsecus, cum nihil magis intrinsecum sit rei, quam eius specificativum; Confirmatur, quia denominatio, quæ in uno subiecto est extrinseca, in alio debet esse intrinseca, ut de visione patet, quæ si extrinsecè denominat partem visum, intrinsecè denominat hominem videntem, ergo si moralitas est extrinseca actibus humanis, alii subiecto debet esse intrinseca; sed nullum est tale subiectum, nam vel hoc esset ipsa regula morum, vel obiecta actuum; hæc autem vel non sunt intrinsecè moralia, sed solum causaliter, aut directivè, prout sunt ipsa regula, vel solum obiectivè, ut obiecta. Denum, quia omnia illa sunt mensurata actuum humanorum, & actus ipsi mensurabiles per illa, ergo sicut ratio mensuratur esse sola extrinseca denominatione in ipsa mensura, ut patet in obiecto scientiæ, ratio verò mensurabilis est intrinseca ipsi mensurabili, quia est intrinseca habitudo ad obiectum, ut patet in ipsa scientia; sic, & moralitas & si sit denominatio extrinseca in regulis, & obiectis actuum moralium, in ipsis tamen actibus erit aliquid intrinsecum scilicet, habitudo ad illa.

32 Respondeo eadem ratione probari posse relationem, quam dicitur vox ad suum significativum: ex impositione primi instituen-

tis, esse quid reale, ac intrinsecum in ipsa voce, quia intrinsecè dicit ordinem ad tale significativum, & talis ordo est essentialis ipsi, & specificativus ipsius, in quantum vox significativa, & idem argumentum fieri possit de quocunque alio ente morali ex libera hominum impositione pendente, quia dicit intrinsecum ordinem ad talem impositionem, & in hoc tota eius essentia consistit: sicut ergo hoc non oblatum dicimus relationem vocis ad suum significativum nihil reale intrinsecum in ipsa ponere ex natura rei, quia pendet ex libera hominum impositione, & sicutiam loquimur de quocunque alio ente morali ex hominum voluntate pendente; ita etiam in presenti dicere possumus, ac debemus de actibus humanis, quod esse morale nihil reale intrinsecum ponat in ipsis, quia pendet ex libera voluntate legem ferentis, sed tantum dicitur intrinsecum, quatenus talis ordo fundamentalis, vel extrinseca denominatio inde desumpta est tota eius essentia, & specificatio, quo sensu denominatio extrinseca creatoris in Deo dicitur etiam intrinseca, & essentialis, quatenus creator est, non verò rei intrinseca, & essentialis, quatenus ponat in ipso. Dices; hanc solutionem solum habere locum in moralitate actuum, qui dicuntur mali, quia lege prohibiti, non autem eorum, qui sunt prohibiti, quia mali. Respondeo malitiam moralem ita esse privationem conformitatis ad legem, ut omne malum morale idem formaliter sit positive, quia contra legem, & a lege prohibitum vel naturali, vel positiva, divina, vel humana, ut ex professo dicemus *Dis. 1. q. 1.*

Ad Confirmationem, assumptum non est universaliter verum, nempe reales denominationes extrinsecas semper desumi debere ex terminatione realis habitudinis alii subiecto intrinsecè inexistentis: nam etiam desumi possunt ex variis rebus etiam abolutis simul concurrentibus: sic Petrus dicitur ubi servus domini non ex relatione domini alii intrinsecè inexistentis, sed quia illum emit, vel in bello capit; sic patet dicitur uxor, non ex aliqua habitudine intrinsecè mariti inexistente, sed solum quia voluntate cum eo contrahit. Deinde quando etiam denominatio extrinseca sumitur ex terminatione relationis alii intrinsecè inexistentis, minime opus est, ut sumatur forma ejusdem nominis intrinsecè in alio existente: sicut columna dicitur dextera ex dexteriori intrinsecè homini inexistente, imò contingit interdum, ut proveniat à forma alii inexistente opposita rationis, & nominis, nam creator dicitur à relatione creaturæ, quæ opposita est, & res via à relatione videntis; ita ergo in proposito, non oportet bonitatem, vel malitiam moralem esse aliquid intrinsecè, vel saltem opus non est, quod fit moralitas omnino ejusdem rationis, & nominis, sed sufficit, quod in ipsis regulis fit causaliter, & directivè, & in obiectis ipsis obiectivè, ut adnotavit Valquez *dis. 99. cap. 10.*

Ad ultimum, licet moralitas communiter censetur in actibus humanis esse relationem mensurati ad mensurantem, tamen in primis perpena, hoc nequit verificari formaliter, sed tantum concomitantem; non enim moralitas actus est formaliter denominatio in ipso derelicta ex habitudine dictaminis ad ipsum, prout est mensura in esse exercitio, sed potius prout est regula dirigens, & docens, qualiter sit agendum, diversat autem est hæc habitudo ab illa, cum hæc sit realis tendentia notitia practice in actum regulabilem, ac consequenter respectus realis, non ita illa, quia mensurata ad mensuratum est tantum relatio relationis; quod sequitur moralitatem esse denominationem extrinsecam derelictam ex terminatione realis habitudinis, & non rationis, & prius actum accipere esse morale, quam esse mensuratum à ratione; cum enim actum esse morale sit esse subiectum regulæ rationi, vel ab ea directum; mensurati verò sit intellectus de ejus moralitate certificari qualis, & quanta sit ex consideratione speculative notitiæ notitiæ practice; clare sequitur prius in actu derelicti denominationem ex terminatione habitudinis notitiæ practice in ratione regulæ dirigentis, quam denominationem ex terminatione habitudinis ejus in ratione mensurantis, & consequenter prius esse morale, quam mensuratum, si de relatione mensuraturæ, & mensurati loqui velimus, ut Scotus dicitur *quol. 13. lit. IV.* Imò admittendo etiam, ut communiter conceditur, moralitatem actus esse relationem mensuranti ad mensuratum; adhuc non concludatur intentum, licet enim sit inter extrema realia materialiter, non tamen est inter ea, ut habentia esse reale, sed tantum, ut habentia esse cognitivum, est enim dependentia actus, ut cogniti in sua qualitate, & quantitate morali ad regulam, ut per quam cognoscitur, quæ sunt attributa rationis, unde non est dependentia causati ad causam in esse, sed in cognoscere. Quo autem sensu dixerit Aristoteles *lib. 5. metaphysicorum 20.* relativa tertii modi non esse mutua, dictum est *disputatio octava legicorum questione decima numero centesimo sexagesimo octavo.*

Dubitatio Tertia.

34 Tertium Dubium est, an moralitas formalis adæquate dividatur in bonitatem, & malitiam; Affirmat D. Thomas q. 18. art. 5. & 8. ubi omnes ejus discipuli, & plures sequuntur Recentiores Curiel, Montefinos, Lorca, Cornexo, Salamancaenses, Lezana, & alii: Fundamentum est, quia moralitas formalis competens actibus est regulabilis in ordine ad regulas moris, seu ab obiectum vel illas regulatur; hæc tamen potest esse vel per modum convenientiæ, in qua consistit malitia; ergo adæquate dividitur in hæc, & illam. Confirmatur quia intrinseca moris non datur alia proprietates, nisi illa, quæ competunt actibus ratione bonitatis, & malitiæ, nempe meritum, & demeritum, laudabilitas, & vituperabilitas; ergo neque datur alia moralitatis species.

35 Dicendum tamen est, præter bonitatem, & malitiam moralem, admittendam esse tertiam speciem in genere moris, quæ dicitur indifferentia, ita ut adæquate totum genus moris adæquate dividatur in bonum, malum, & indifferentem, ita D. Bonav. 2. *dis. 41. art. 1. q. 3.* & Scotus 2. *dis. 41.* in calce corporis quaerit cum omnibus Scotis, ubi præter speciem actuum bonorum, & malorum, admittit etiam speciem indifferentem, & sequuntur plures Recentiores, quod infra se professo probabitur; pro quo suadet, quia actus regulabilis per rationem optime dividitur in actum conformem, & disformem tali regulæ, & actum indifferentem se habentem respectu ejusdem regulæ, cum quia non conformatur, nec disformatur; Nec valet dicere tales actus secundum speciem, sed ex parte sui obiecti præcisè consideratos, quomodo sunt indifferentes, non pertinere ad genus moris, sed solum ad genus naturæ; quia ut sic, non procedunt à voluntate, prout subiecta regulis morum, aut principio morali, sed quatenus est quædam potentia physica cum indifferentia operans, ut Thomista passim respondere solent. Non valet, inquam, quia ut bene notavit Ariaga, actus isti ita exerceri possunt, ut procedant ex perfecta cognitione obiecti, & ponderatione ipsius malitiæ, & bonitatis, quatenus intellectus cognoscit obiecta talium actuum nec esse bona, nec mala moraliter, sed regulam rationis ad ea indifferentem se habere; possunt inquam, huiusmodi actus sic exerceri, quo pacto morales dici possunt, ac debent, ad distinctionem eorum, qui cum invincibilis inconsideratione bonitatis, & malitiæ moralis sunt, libere tamen, lata audent delectabilia physica, ut sæpe in pueris contingit ante perfectum rationis usum.

Confirmatur, quia species actus morales sumitur ex obiecto; hoc autem vel est conveniens rectæ rationi præcipienti, & consensu, & sic habetur prima species humanorum actuum, scilicet, bonitatis; aut eadem disconveniens, & ita habetur secunda, scilicet, malitiæ; aut tandem nec eadem est conformis, aut dissonum, ut præcipient, sed potius consonum, ut præcisè permittenti; & ita habetur tertia species, scilicet, indifferentiæ; unde obiectum indifferens ita voluntati à ratione proponitur, ut in proponendo nec voluntati suadeat, vel præcipiat transiitum super illud, nec minus prohibeat, vel dissuadeat, sed omnino permittat, non quidem ea permissione, quæ etiam illicitum permittitur, & quæ dicitur Deus permittere peccata, hæc enim non est omnimoda, & rigorosa permissio, cum prohibitionem ejus, quod permittitur, supponat: sed ea permissione, quæ ita permittit aliquid, ut ex hæc permissione licitè fieri possit; & actus transiens super tale obiectum positivum accipit indifferentiam speciem, nempe ordinem positivum per modum accessus ad rationem hæc modo permittentem.

36 Ex quo patet quid dicendum sit ad fundamentum prioris sententiæ, convenientia enim actus ad rationem dupliciter sumi potest, vel pressè, & rigorosè, quo sensu dicitur accessum ad rationem præcipientem, vel saltem consensualem, & hoc modo constituit speciem bonitatis, vel minus pressè, & ita dicitur accessum ad rationem, non quidem præcipientem, & consensualem, sed merè permittentem; & non curantem; & convenientia hoc modo sumpta constituit tertiam moralitatis speciem, nempe indifferentiam: quia licet talis convenientia, & conformitas ad rationem non sit sufficiens ad faciendum actum bonum in genere moris; sufficit tamen ad faciendum actum licitum, quatenus à regula rationis non prohibetur, sed permittitur. Dices, obiectum vel est conveniens rationi, vel disconveniens, & inter hæc non datur medium; ergo non datur hæc tertia moralitatis species.

Respondet, si convenientia sumatur pro conformitate actus ad rationem præcipientem, vel consensualem, negatur non dari medium inter obiectum disconveniens, & sic conveniens; nam dari potest obiectum, quod neque cum tali convenientia à ratione proponatur, neque cum disconvenientia opposita, sed solum permittatur: si verò convenientia sumatur pro conformitate actus ad rationem; non tantum præcipientem, &

consensualem, & permittentem: concedo non dari medium inter obiectum disconveniens, & sic conveniens: sed negatur consequentia, quia sub hoc membro duæ moralitates species continentur, convenientia enim ad rationem præcipientem, & consensualem facit bonitatem; ad permittentem verò, & non curantem facit indifferentiam.

Ad Confirmationem, distinguendum est de duplici laude in genere moris: alia est, quæ debetur operanti juxta præceptum dictaminis practici; alia verò debetur operanti, & operando non violanti præceptum ejusdem dictaminis, quæ laus est minima in genere moris, potest tamen dici laus, quia non tantum laudabilis est, qui operando conformatur rectæ rationi, sed etiam qui operando eam non violat, nec contra eam facit, quæ duplici laude privatur faciens contra dictamen rationis, & hæc minima laus debetur etiam actibus indifferentibus, unde accipiendi meritum, & laudem in hac latitudine, impurabilis velud passio, sequitur totum genus moris, non tantum, ut comprehendat bonitatem, & malitiam, sed etiam indifferentiam; sed de hoc, ex professo agemus infra q. 6. de indifferentia actuum humanorum.

37 Quæres, an hæc divisio sit conceptus univoci in sua univocata; & quidem in sententia eorum, qui dicunt malitiam moralem in positivo consistere, facilis est relatio difficultatis; at non ita facilis est in nostra sententia eam stantem in privatione rectitudinis debite, ut dicitur *dis. 5. Metaph. q. 13. art. 1.* & ratio dubitandi est quia entia, & non entia, seu positiva, & privativa nihil est commune univocum; Ex alia verò parte urget, quod illud est univocum, quod nomine, & re per nomen importata commune est pluribus; sed moralitas est huiusmodi, ergo &c. probatur minor, nam tam actus bonus quam majus, & indifferens respiciunt rationem, à qua regulantur; ergo conveniunt in nomine, & ratione. Confirmat, eo discursu, quo probat Doctor 1. *dis. 3. quæst. 2.* univocationem entis; nam potest intellectus esse certus, quod actus aliquis est moralis, seu in genere moris, & dubitare verò, an bonus, vel malus, vel indifferens: ergo moralitas est prædicatum ipsius univocum: antecedens patet experientia, nam frequenter de talibus actibus disputant Morales, sequela probatur per maximam, quæ probat Doctor entis univocationem.

Hæc de causa utrumque probabiliter asseri potest, & hæc secundam partem sustinendo, solum debet ratio adducta pro parte negativa juxta viam traditam *dis. 1. Phys. quæst. 1.* In fine, ubi tuetur rationem principii in fieri univocè convenire materiæ, formæ, & privationi, quamvis privatio sit non ens. Quod si obicitur, & hoc fecit præfatam divisionem esse vere generis in species per veras differentias, atque ita malum morale esse quid positivum formaliter, siquidem vera differentia cum proprio genere semper aliquod positivum constituit.

Respondet negando se quælam, ad probationem dico concludere de genere, quod quid positivum præferat, ac proinde est tantum contrahibile per positivas differentias ad idem genus præcises, nequaquam autem de genere, quod præcise dicit à positivo, & privativo, ut est in proposito de moralitate, sicut enim præcise dicitur ab hoc, & illo, ita natum est contrahi per differentiam positivam, vel privativam, & cum ea quid positivum constituit, cum ita quid privativum, & tale est genus moris. Alia quoque pars est satis probabilis asserens moralitatem esse tantum genus ad bonitatem, & indifferentiam, non autem ad malitiam, quia malitia non tam est species, quam privatio speciei, nec directè ponitur in genere, sed reductivè, ita enim docet D. Bonav. *dis. 3. art. 2. q. 3. & dis. 51. art. 1. q. 2.* & tunc ad rationem pro parte affirmativa neganda est minor; ad cuius probationem dicendum malitiam non respicere rationem formaliter, & directè, sed tantum indirectè per comparationem, scilicet ad bonitatem, cuius est privatio; tantum enim intelligitur recedere à regula rationis, in quantum est privatio bonitatis, quæ accedit ad eam. Ad Confirmationem, distinguo primam partem antecedentem, potest intellectus esse certus, quod actus aliquis est moralis, & in genere moris formaliter, & directè, nego; eo enim ipso, quod est certus, quod est moralis, & in genere moris formaliter, & directè, non potest amplius dubitare an sit bonus, vel indifferens; potest esse certus, quod est moralis, & in genere moris aliquo modo, scilicet vel formaliter, & directè, vel reductivè tantum, & indirectè, & sic concedo; sed tunc negatur consequentia; & hoc eorum jam docuit *dis. quinta Metaphys. q. 13. art. 2. n. 37.*